



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 78. Lutherus Romam citatus, consentiente Papa in Germania  
dijudicandus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

dem tempore Leo X. Fridericum Saxoniae Electorem datis literis hortabatur, ne Lutherum in fidem suam reciperet, significans, quod Lutherum Romam evocasset, ac Cajetano Cardinali Legato suo, quid hac in re agendum esset, mandata dedisset; demum Papa Electorem rogavit, quatenus Lutherum Legati manibus comitteret, ut vel ejus innocentia vindicaretur, vel illius malitia debitis poenis coerceretur. Scripsit Papa hanc epistolam die vigesima tertia Augusti; alteram autem ineunte jam Mense Februario dedit ad Patrem Gabrielem FF. Augustinianorum Priorem, in qua eidem praecepit, ut Religiosi sui audaciam reprimeret, ac impediret, ne tota Germania ejus erroribus, ac pernicioso dogmate inficeretur: Verum hujus Superioris solertia audacissimi Lutheri petulantiam domando impar erat, eoquod Staupitii generalis sui Vicarii, necnon Electoris Saxoniae praesidio tutus esset.

Saecul. XVI.  
A. C. 1518.

Raynal. *ibid.*  
n. 92. 93.

§. LXXVIII.

*Lutherus Romam citatus, consentiente  
Papa in Germania dijudicandus.*

Nihilominus Pontifex non modo Principes, aliosque, ut Lutherum Legato traderent, hortabatur, sed etiam in omnes,

Sæcul. XVI. omnes, qui illum tuerentur, anathemata,  
 A. C. 1518.

interdicta, & bonorum privationes inten-  
 tabat: Insuper habitis tamen ejusmodi  
 minis Saxonie Elector, & Wittember-  
 gensis Universitas datis ad Papam literis  
 tanto studio Lutherum commendabant,  
 tamque impense ejus causam in Germa-  
 nia tractari rogabant, ut Papa eorum vo-  
 tis cederet, ea tamen Lege, ut Luthe-  
 rum relicta Saxoniam Sueviam petere ju-  
 beret, coram Cardinale Legato, qui ibi-  
 dem agebat, sistendum. Huic rei lubens

annuit Elector, qui pro Luthero ad Pa-  
 pam ideo literas dedit, quia Germanie  
 Clericos extra patriam haud evocandos,  
 sed in partibus judicandos contendebat;  
 Universitas quoque non modo hanc gra-  
 tiam a Pontifice exorabat, sed insuper  
 Carolum Miltiz, quem Papa a cubili ha-  
 bebat, sollicitabat, ut Sanctitati suæ sug-  
 gereret, quod Lutherus nullius criminis  
 reus esset, nec quicquam doctrinæ Catho-  
 licæ contrarium asseruisset, nec proposi-  
 tiones, quas nonnihil temerarias dispu-  
 tationis æstu longius abreptus effutiisset,  
 unquam velut fidei dogmata propugnas-  
 set, ita, ut paratum se exhiberet ad audien-  
 dam, & sequendam Ecclesie vocem.  
 Quinimo ipse Lutherus ad Cajetanum Car-

dinalem hæc verba perscripsit: *Reveren-  
 tissime in Christo Pater, fateor, ut & alias  
 fassus sum, me profecto nimis indiscretum, ut*  
 ipsi

*Acta Luther.  
 apud Cajet.  
 Epist. Univ.  
 ad Carol.  
 Miltiz. & ad  
 Leon. inter.  
 op. Luth.  
 tom. I.*

*Cochl. in actis  
 Luth. ann.  
 5119.*

ipsi dicunt, vehementem, & irreverentem fuisse contra nomen Pontificis. Et quamvis admodum vehementer ad ejusmodi irreverentiam laceffitus fuerim, intelligo tamen nunc, quod decuisset me modestius, humiliter, & reverentius istam materiam pertractare, & non sic respondere stulto, ut fierem ei similis: quod mihi omnino sincere dolet, veniamque peto. His addebat præterea, non videtur mihi necessaria appellatio, cum omnia sub miserim iudicio Ecclesie, nec aliud quam illius sententiam expectem: postea paupertatem suam, itinerisque expensas obtendebat, quo minus Romam ire posset, aliunde vero, ut inquit, hæc citatio ad Pontificis solium supervacanea est Viro, qui nil aliud quam Sedis Apostolicæ iudicium expectat, ut prompte eidem obedire valeat.

Sæcul. XVI.

A. C. 1518.

## §. LXXIX.

Cajetanus Cardinalis ad Lutheri causam in Germania iudicandam a Papa designatus.

Cum FF. Prædicatores in hoc negotio haud postremam haberent partem, Cajetano ejusdem Ordinis Alumno illius iudicium fuisse delatum non parum gaudebant, Augustiniani tamen, qui Lutheri partes tuebantur, huic iudici Staupizium

Act. Luth.

apud Card.

Cajet. t. I.

Cochl. l. cit.